Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

vii. An uirtutes quæ ad æternitatem tendunt desituræ sint cum ad æterna perduxerint.
x. De cognoscibilibus temporalibus quoque alia cognitione nam puenimus alia non
xi. An sempiterna memoria præteritarum rerum sit an uera eternaque præsentia. Assignet (peccat) naturæ.
xii Quæ facultate mentis rationalis obtineat vt in ea dei imago resplendeat.
xiii. De reminiscentia i dm cui semper capax est mens nata. Vt ita beata esse possit ex misera.
xiii. Quæ eterna pura mens nec memoria sui carent nec cognitione nec amore.
xv. De mutabilitate mentis humane quæ fit vt sicuti misera facta est ex beata
xvi. De reformatione mentis ad imaginem dei & quot modis spe appellatio diuisis
xvii. Quæ intersit inter regenerationem baptismi & renouationem quæ fiet de die in die
in agnitione dei. xvii. Posse hominem etiam corpore imaginem dei accipi secundum
quod uerbum caro factum est cuius immortalitati os sci efformabuntur. Vt renouat.
xix. Quæ sui parte homo ad imaginem & similitudinem dei factus sit ad quam proficiendo

Quæ sit hominis uera sapientia

Hic incipit liber xiiii. Beati Augustini episcopi De Sancta Trinitate.

Vnde de sapientia nobis est disserendum. Nam illa dicit quam peculiaribus dns est. Nam sapientia dicit filius eius unigenitus dicit: Sicut loquimur de hominis sapientia uera tamen quæ secundum dm est & uerum ac principalis cultus eius est quæ uno nomine theosebia græce appellatur. Quod nomen nostri sicuti commemorauimus uolentes & ipsi uno nomine interpretari pietatem dicere cum pietas apud græcos eusebia usitatius nuncupetur. theosebia vero quasi uno verbo profecto non potest melius interpretari duobus ut dicatur potius dei cultus. Hanc esse hominis sapiam quæ in xii. huius operis uolumine iam posuimus. Septies sce auctoritate monstratur in lib seruii dei iob ubi legitur dixisse homini. ecce pietas est sapia. abstinere aut a malis scientia. siue etiam ut nonnulli de greco epistemen interpretati sunt disciplina est quæ uiq; a discendo nomen accepit vnde & scientia dici potest. ad hoc enim res quæq; discitur. vt sciatur. quamuis alia notione in his quæ pro peccatis suis mala quisq; patitur. vt corrigatur.